

1142, febrer, 17

*Arnau Joan, sagristà de la seu, estableix a pagesia a Ramon un mas situat a la riba de l'Onyar, junt amb una feixeta de Sant Daniel, i assenyala les prestacions que haurà de fer.*

ASD núm. 24, perg. orig., 127 x 200 mm.

Sit notum cunctis hominibus presentibus et futuris quoniam ego Arnallus Iohannis, sedis sacrista, dono tibi Raimundo ipsum mansum cum terra in qua sedet que sibi pertinet quod est super ripam Undaris scilicet super fontem de Fontaniliis simul cum ipsa fexeta Sancti Danielis que ibi est, quam habeo ad feuum et cum alodio ipso quod Raimundus de Oliuis canonicus Sancte Marie sedis Gerunde dimisit ad ipsa luminaria preface sedis. Sicut superius scriptum est, sic dono tibi prefatum mansum cum iamdictis terris, scilicet ad pagesiam et laborationem ut habeas eum in uita tua ad fidelitatem et seruicium Sancte Marie et meum, et dones inde pro censu de ipso manso pernam .I. recipientem et par .I. bonum gallinarum, et de ipso alodio prefati Raimundi .xrr. denarios istius monete Gerundensis et ipsos expletos fideliter qui debent exire in quarts et bracaticos, et non sit tibi licitum uendere uel impignorare prefatum mansum uel alodium alicui uel aliquid ex eo, et si non potueris eum laborare per teipsum, labores eum mecum sicut aliis homo faceret tecum. Si quis contra hac ad irrumpendum uenerit non ualeat, set duplam tibi compositionem persoluat.

Actum est hoc .xm. kalendas marci anno .v. regni Ledouici regis iunioris.

Sig+num Guilielmi Suniarii. Sig+num Petri Poncii. Sig+num Guilielmi Raimundi. Arnallus Iohannis, presbiter et sacrista ss\*.

(*s. man.*) Bernardus leuita, qui hoc rogatus scripsi, die annoque prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 102-103